

pore in Sacristia sistunt, aspergendi non sunt sed ad ecclesiae ingressum accipiant aquam lustralem.

Ad IV. *Affirmative*. — Ad V. *Negative* ad utramque partem. — Ad VI. *Affirmative* iuxta Decretum 3460. *Senonem*. 27 Iulii 1878 ad II.

Atque ita rescripsit. Die 18 Iulii 1902.

L. † S.

D. Card. FERRATA, *Praef.*

D. PANICI, Archiep. Laodicen. *Secret.*

---

## SOLUTION

---

### Sacrée Congrégation des Indulgences

---

**Les indulgences attachées à une Croix de Mission ne périssent pas lorsque celle-ci étant détruite, on érige à sa place une nouvelle croix.**

ALBIEN

P. Stephanus Mauraud Missionarius Tertii Ordinis Regularis S. Francisci, diœcesis Albiensis, in Gallia, humiliter huic S. Congni Indulgentiarum quæ sequuntur exponit: Occasione SS. Missionum in parœcia loci v. d. Aiguefonde, præfatæ Diœcesis, in memoriam earundem Missionum erecta fuit in propinquo monte Crux, cui deinde, vi facultatum alumni III Ord. Reg. S. Francisci in Galliis per Apostolicum Breve diei 2 Apr. 1886 concessarum, adnexæ fuerunt Indulgentiæ